



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 59. Adversa Missionariorum Sinensium fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.
A. C. 1733

a Cardinale Apostolici ærarii Præ-
aliisque ex Cardinalibus, aperta
inspiciebatur, ubi illud plena
integritate florens repertum est,
statim erecto Notarii instrumento
testium juratorum testimonio con-
firmabatur. Altera die Corpus in sole
feretro collocatum, inter innumera
confluentis populi multitudinem,
tormentorum explosionem ad Ecclesiam
S. Mariæ supra Minervam (uti de-
dictus Papa testamento caverat) tra-
nslatum est, per aliquot adhuc dies
confluentis populi pietati satisfacere
publice in Sacello S. Magdalene
positum.

§. LIX.

*Adversa Missionariorum Pekinensium
fata.*

Nondum in Imperio Sinensi tot
Christianorum sanguine, tot Virorum
Apostolicorum suppliciis ac exhibita
erat Mandarinorum rabies; quæ
nimis molesta ipsis erat noverca
Imperatoris clementia, qua adhuc
ter viginti tres Missionarios, ceteros
omnibus Macaum expulsis, Pekinensi
Cantone tolerabat: Enimvero
fautam suorum sortem miserti Imperatoris
torem flexo poplite rogabant, ut

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Cantonem reverti permetteret, ast in-
 stigantibus Mandarinis ægre obtinere
 poterant, ut ibidem Procuratorem ha-
 berent, qui tamen non alia susciperet
 negotia, nisi quæ ad exercendam cum
 Europæis negotiationem necessaria fo-
 rent: Adhuc nimis benigne cum Chri-
 stianis agi censebant Mandarini, qui-
 bus constitutum erat, Imperatorem
 eo inducere, ut ejus mandato omnes
 omnino Sacerdotes, etiam Pekinen-
 ses toto Imperio proscriberentur: Rem
 ergo pro more aggrediuntur calumniis,
 falsis criminationibus, & mendaciis in
 vulgus sparsis; Cantonenses quoque
 Mandarini libellum Juntio Imperatori
 porrigunt, in quo Missionarios falso in-
 simulant, quod violato jure naturæ
 nullum parentibus præsertim defunctis
 honorem exhibeant, clandestina contra
 Regnum cum Europæis consilia cudant,
 nimis familiariter cum mulieribus a-
 gant, & alia sexcenta calumniantur,
 quæ invidia, furor, & impietas dicta-
 bant. His faciles aures præbuit Im-
 perator, ac Pekinensibus, quos ad-
 esse jussit, inter cetera exprobravit,
 quod legem prædicare ausi fuissent,
 quæ Parentibus debitam reverentiam
 cultumque exhibere prohiberet. Hæc
 ubi inaudiere Missionarii velut fulmine
 tacti ad tantam proterviam suspensi

U 5

hæ-

Sæc. XVIII.

A. C. 1733.

hærebant, mox tamen resumpto
 manifesta hæc convitia confutata
 fusiusque monstrabant, crimina eis
 pacta non nisi conficta esse, nilque
 gis a veritate alienum, quam quod
 nullum Parentibus & Majoribus
 rem deferri docerent. Provocant
 ad libros suos catecheticos, ad doctrinam,
 ad pia funera, solemnes equitias,
 anniversariam memoriam, sepulcri
 monumenta, ad preces tam privatas
 quam publicas necnon ad orationes,
 & sacrificia pro mortuis Parentibus
 oblata, ad ipsas denique Majorum
 imagines, domi appensas, quod
 præcipuum esset, Divinum Imperatorum
 manumque honorandi parentes præceptum
 allegant. Obstupuit Imperator cum hæc
 ex ipsorum ore perciperet, utque in rei
 veritatem, & accusatum falsitatem veniret,
 jussit sibi exhiberi libros, in quibus hæc eorum
 honorandis Parentibus doctrina & præcepta
 continerentur. Proferuntur quidem libri,
 & ad varia Tribunalia deferuntur, quin
 tamen responsum, quod de illis sentirent,
 Mandarinum aut Imperatori retulissent,
 aut Missionariis communicassent. Conjectura
 autem haud levis est, calumnias calumniis
 additas fuisse; certum enim est, quod
 Imperator Missionariis haud ultra

ditis universalem omnium eorum, e- Sæc. XVIII.
 tiam Pekinensium, proscriptionem ex A. C. 1733.
 toto Imperio Sinico decreverit. Pa-
 rendum ergo erat inhumano mandato,
 moxque una omnes protinus convasatis
 suis utensilibus, & Ecclesiarum appa-
 ratu Macaum abducti sunt: subinde
 tamen plures generoso mortis contemptu
 clam in Chinam rediere, ut miseròs,
 suisque Pastoribus orbatos Christianos,
 qui ad carceres, tormenta & neces
 ubique conquirebantur, solarentur,
 in fidei constantia firmarent, & Sa-
 cramentis pascere.

§. LX.

*Altera Hispanorum expeditio contra
Mauros Oranenses.*

Nupera clades Maurorum vires non
 adeo extenuabat, quin collectis
 suorum triginta millibus Oranum rur-
 sus intercipere decernerent. Eo fine
 in Hispanos, qui militum manu tecti
 cædendæ materiæ causâ proximam
 petebant sylvam, identidem irruunt,
 ac die sexta Februarii quatuor Hispa-
 norum centurias inopino impetu ex in-
 fidiis prorepentes aggrediuntur, cæsa-
 que ligna comburunt. Accurrunt e-
 quidem suppetias Hispani, Urbisque
 Gubernator suis iussa dat, ut ab hoste
 invasi